Passit ad cap(itulu)m sed [illegible]

9

IV

Lectio sancti ewange-
lii secundum secundum lucam

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis
Erunt signa in sole et luna et
stellis. et in terris pressura gencium
pre confusione sonitus maris et
fluctuum. Et reliqua. Omelia
lectionis eiusdem habita
ad populum in basilica
beati petri apostoli

Dominus ac
redemptor in-
paratos nos in-
venire desiderans
senescentem mun-
dum que mala se-
quantur denunciat. ut nos ab eius
amore compescat. Appropinquantem eius
terminum quante percussiones preveniant
innotescit. ut si deum in tranquillitate metuere
nolumus. vicinum eius
iudicium. vel percussionibus attriti
timeamus. Huic etenim lectioni sancti
ewangelii quam modo vestra fraternitas au-
divit paulo superius dominus premi-
sit dicens. Exurget gens contra
gentem. et regnum adversus regnum. et
erunt terremotus magni per loca

et pestilencie et fames. Et quibus-
dam interpositis hoc quod modo au-
distis adiunxit. Erunt signa
in sole et luna et stellis et in
terris pressura gentium pre confusione
sonitus maris et fluctuum. Ex
quibus profecto omnibus alia iam
facta cernimus alia de proximo ventura
formidamus. Nam gentem super-
gentem exurgere earumque pressuram
terris insistere plus iam in nostris
temporibus videmus quam in codicibus
legimus. Quod terremotus urbes
innumeras subruat ex aliis mundi
partibus scitis quam frequenter audimus.
Pestilencias sine cessatione pati-
mur. Signa vero in sole et luna
et stellis adhuc aperte minime
videmus. Sed quia et hec non longe
sint ex ipsa iam aeris immuta-
tione colligimus. Quamvis priusquam
italia gentili gladio ferienda
traderetur igneas in celo acies vi-
dimus. ipsum qui postea humani
generis fusus est sanguinem
coruscantem. Confusio autem ma-
ris et fluctuum necdum nova
exorta est. Sed cum multa iam
prenunciata completa sint. dubium
non est quod sequantur etiam pauca que
restant. Rerum sequentium certi-

Phillipps MS
646



prius districtione vidit in morte
cui pepercit in vita. Frater videt
ut vitam funditus perderet: sed
ut cum feriret, afficeret: pietendo
insisteret: ipsumque insistendo superavit.
Et cum a quo prius non videbatur te-
nebatur, videt iam postea tene-
retur. Quae ergo lingua nar-
rare viscera divine tunc sufficit:
quis semper ante pietatis di-
vitias non obstupescat. Has di-
vine pietatis divitias considera-
vit psalmista cum diceret: Adiutor
meus tibi psallam quia tu deus sus-
ceptor meus es deus meus
misericordia mea. Ecce perpendens in
quibus laboribus humana sit
vita constituta: deum appellavit
adiutorem. Et quia a tribulatione
perpetui in requiem eternam nos sus-
cipit. appellat et susceptorem.
Sed considerans quod mala nostra as-
picit et portat. culpas nostras
tolerat et tamen nos per penitentiam
ad premia reservat: noluit deum
misericordem dicere: sed ipsam
misericordiam vocavit dicens: Deus meus
misericordia mea. Revocemus ergo
ante oculos mala quae fecimus.
pensemus ex quanta dei ~~[illegible]~~ tol-
benignitate

eramur. Consideremus quae sunt eius
pietatis viscera ut non solum
culpas indulgeat. sed celeste reg-
num penitentibus et post culpas
promittat. atque ex omnibus medull-
is cordis dicamus singuli. dicamus
omnes Deus meus misericordia mea. Sequitur

Anno quintodecimo *lucas*
imperii tiberii cesaris.
procurante pontio pilato iudeam
tetrarcha autem galilee herode.
philippo autem fratre eius tetrar-
cha yturee et traconitidis regi-
onis. et lysania abilene te-
trarcha. sub principibus sacerdo-
tum anna et caipha. factum est verbum
domini ad iohannem zacharie filium
in deserto. et reliqua. *Omelia habi-
ta ad populum in basili-
ca beati clementis.* xx

Redemptoris precursor quo
tempore verbum predicationis acce-
perit: memorato romane reipub-
lice principe et iudee regibus de-
signatur cum dicitur: Anno quintodecimo
imperii tiberii cesaris. procurante
pontio pilato iudea. tetrarcha
autem galilee herode. phi-
lippo autem fratre eius tetrarcha
yturee et traconitidis regionis.
et lysania abilene tetrarcha. sub

Repositorium sive postilla passionis ihesu christi
collecta per quendam monachum ordinis Carthusiensis
anno 1440

Ecce ascendimus Iherosolimam et consumabuntur
omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis tradetur
enim gentibus et illudetur et flagellabitur et conspuetur
et postquam flagellaverint occident eum Luce 18. Verba sunt
domini ihesu ad discipulos euntes in Iherusalem ut pro homine paratam
et debitum solvat culpe pro qua duro iugo dyaboli homo
captivus detinebatur et premebatur. Cur ergo dilectissime tam
tam piger fueris ut tu ascendere cum domino saltem mente et
compassione non curas. Dominus quippe vadit ut compareat pro
conviati suo. ut pro stulto illudatur sapientia. ut pro falsiloquo
flagelletur veritas. ut pro ignominioso conspuatur maiestas
ut pro morituro quod vivus posset vita moriatur. Homo post
peccatum abscondit se a facie domini ne appareret. Dominus ut pro
eo compareat sponte ascendit ad locum passionis. Et tamquam
stultus illudendus venatur. Homo spoliat se veste innocentie et
operiens se foliis ficus. Dominus vadit ut in deposita veste pro
eo illudatur. Homo dum peccatum suum in deum retorquere voluit
dicens quasi coactus comedissem mulier quam dedisti mihi sociam
dedit mihi et comedi tamquam falsiloquus fuerat flagellandus
et ecce ut homo peccat. Dominus pergit ut recipiat quod homo
deliquit. Tamquam ignominiosus cupidus erat homo dum non ubi
speciem adipisceret dei scientiam boni et mali per esum fructus
vetiti adipisci voluit et sic per eundem esum non solum spo-
liatus gratuitis sed etiam in naturalibus excecatus in gratia vero
calamitate. Dominus pro eo tamquam ignominiosus sputis inquinari
dignatus est. Homo etiam pristino transgressus mandatum quod sub
pena mortis a deo fuerat susceperat mortem meruit
et ecce pius dominus ut pro eo occidatur Iherosolimam sponte
ascendit. O quid agam pie ihesu. quid retribuam tibi pro tanta
quibus strenue occupare me potero ubi ad penam pro me
misericorditer sustinendam te audio in Iherosolimam ire. Trahe
me domine ihesu indefessis gressibus mentis te sequi ac piis
oculis te patientem videre ubique sequar. Redde cor meum mihi et accipe
id tibi. Aufer a me cor lapideum et dona mihi cor
carneum quod te donante valeam tua amarissima stimuli passione
mente recolere et illa cordis mei compassione utrumque scitude
hoc enim et ipse petisti dicens in trenis per Ieremiam
Recordare paupertatis et transgressionis mee absinthii et
fellis et iterum Ysaie 43. Ego sum ipse qui deleo iniquitates
tuas propter me et peccatorum tuorum ultra non recorda-
bor. Reduc me in memoria tui. O bone ihesu

qui latentes et timentes invenit. Et hoc dicens venit cum tribus discipulis quos secum assumpserat ad alios. orto dicens ~~...~~ Ecce qui me tradet prope est. Ubi notetur

autem Sane quod promptus fuit ad passionem Christus Ihesus ex hoc evidenter innotuit quia veniente una cum proditore suo satellitum et ceteris circa eum cum facibus lanternis et armis per noctem ultro occurrit et se ipsum manifestavit et obtulit. Et instruimur hic in verbis domini moraliter ad tria. Primo ut ad temptatores nos preparemus cum dicit surgite. 2o ut in bonis operibus proficere studeamus cum subditur eamus. 3o ut temptatorem qui in hora proxima expectemus cum additur ecce prope est.

De modo et ordine captionis domini Ihesu quod completur 4 puncta scilicet primo scilicet modum proditionis 2o modum quo discipuli nisi sunt defendere dominum 3o modum patientissime tollerantis 4o qualiter dominus captivantes cum misericordia deprehendit et instruxit 5o fugam discipulorum et primo ad primum.

Evangelista Iohannes describens Ihesum egressum trans torrentem Cedron ac intrasse ortum quem cetera ibidem tacens illa tacita gesta salvatoris ibidem tamen ab aliis sufficienter descripta statim subditur Sciebat autem Iudas qui tradebat eum locum quia frequenter Ihesus convenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem scilicet militum gentilium cum tribunis qui preerant eis quorum intererat capere malefactores et a pontificibus et phariseis ministros venit illuc hoc est ad ortum cum laternis et facibus quia nox erat et ut si in tenebris Ihesus lateret videlicet hiis quereretur et armis ut captionem eius impedire volentibus hiis resisterentur. Et quod id Lucas describens ~~...~~ autem adhuc eo scilicet Ihesu loquente scilicet ad discipulos verba superius posita quibus dicebat Ecce qui me tradet prope est Ecce turba et qui vocabatur Iudas unus de duodecim antecedebat eos tamquam dux eorum qui comprehenderent Ihesum. ~~Ioh. Sciebat autem Ihesus~~ apostolum. Dederat autem traditor eius scilicet Ihesu signum eis dicens Quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum et ducite caute. Hoc fecit Iudas propter milites romanos qui Ihesum non cognoscebant et propter alios ne loco Christi caperent Iacobum minorem quem dicunt Christo in facie fuisse simillimum. Et penam dedit ist

erat ei si natus non fuisset homo ille. Respondens autem
iudas qui tradidit eum dixit Nunquid ego sum rabbi Ait
illi Tu dixisti Johes. Erat autem recumbens unus ex
discipulis eius in sinu ihu quem diligebat ihs Innuit
ergo huic symon petrus. et dicit ei Quis est de quo
dicit Itaque cum recubuisset ille supra pectus ihu. di-
cit ei domine quis est Respondit ihs Ille est cui ego intinctum
panem porrexero Et cum intinxisset panem dedit iude
symonis scharioth. Et post buccellam tunc introivit
in eum sathanas Et dicit ei ihs Quod facis fac
citius Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid
dixerit ei Quidam autem putabant quia loculos habebat
iudas quod dixisset ei ihs eme ea que opus nobis sunt
ad diem festum aut egenis ut aliquid daret Cum
ergo accepisset ille buccellam continuo exivit Erat
autem nox Cum ergo exisset dixit ihs Nunc clarifi-
catus est filius hominis et deus clarificatus est in eo Si
deus clarificatus est in eo et deus clarificabit eum in
semetipso et continuo clarificabit eum Filioli adhuc
modicum vobiscum sum Queretis me et sicut dixi
iudeis quo ego vado vos non potestis venire
Et vobis dico Mandatum novum do vobis ut
diligatis invicem sicut dilexi vos ut et vos di-
ligatis invicem In hoc cognoscent omnes quia mei
discipuli estis si dilectionem habueritis ad invicem Dicit
ei symon petrus domine quo vadis Respondit ihs Quo
ego vado non potestis me sequi modo sequeris autem
postea Dicit ei petrus Quare non possum te sequi
modo animam meam pro te ponam Respondit ihs Animam
tuam pro me pones Amen amen dico tibi non can-
tabit gallus donec ter me neges Et ait disci-
pulis suis Non turbetur cor vestrum Creditis in deum
et in me credite In domo patris mei mansiones
multe sunt Si quo minus dixisse vobis quia vado parare